

Fach. tom. 2. contrap. lib. 13. c. 17. Waldeck. de furt. q. 53. Wesenb. d. loc. ubi ait, ex sola Principis, nō etiam inferioris autoritate id fieri posse, idq; in praxi observari, ait Bertachin. in repert. suo, verb. cadavera. Cæterum Menoch. de arb. judic. quest. cas. 185. num. 10. 11. 12. Judicis arbitrio rem committat, ut is pro sua prudentia familiæ conditionem & dignitatem perpendat, an talis sit, ut illa reluctante cadaver anatomix tradendum non sit, vel tradendum, si vilis sit familiæ, & deploratæ conditionis. Tutius tamen erit Principis voluntatem perscrutari, Menoch. & Clarus dd. loc. Diss. Calefatus, ut refert Muscorn. d. loc. Quid verò si anatomicus cadaver ad anatomem, cognati verò ad sepulturam petant, quis in hoc concursu erit potior? Eâ de re inter Anatomicum quendam, & adulteræ decollatæ maritum disputatum, & maritum obtinuisse meminit Henr. Nebelk. de mero imperio, concl. 55. An vivum hominem secare, sit necessarium, & liceat? In utramq; partem Iohannes Riolanus lib. 1. anthropol. c. 10. p. 69. cum seqq. id disputat. Sed nefas illud attentare. Cur enim honores suos ita prostituat Medicus, ut carnificis munia velit obire? Speckh. cent. 1. q. 7. Si in confinio cadaver occisi reperiatur, ad quemnam cognitio spectet? Vide allegatos Dd. à Matth. Berlich. in decisionibus aureis, decis. 62. per tot. Dn. Ioh. Harpp. in §. omne autem jus. 12. Inst. de I. N. G. & C. n. 8. cum seqq. & elige sententiam, cui dicas: Tu mihi sola places. Mea sponsa mihi placet, dicens, jurisdictionem sumere eum Magistratum, cujus in territorio capite incumbit homo interfectus; cum caput non solum principalior, dignior, & nobilior sit pars corporis; indeq; sedes animæ rationalis, & memoriæ atque sapientiæ à nonnullis dicatur, sed & per faciem homo cognoscatur, proindeque non rarò pro toto homine accipiatur: licet Dn. Henr. Bocer. de regalib. c. 2. num. 148. & alii aliter sentiant. Vide Eberh. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 10. & q. 11.

ARTICULUS CL.

Enumeratio aliquot homicidiorum extra culpam & pœnam.

Cum doctissimo Zieritzio hîc, quid allegatus articulus 121. huc faciat incipiens adulterii. Item, si maritus alteri, &c. mediusfidius non animadvertere possum. Si Diogenes cum lucerna veniret, non posset id ipsum videre, Goblerus, Remus, & Stephanus hunc errorem non correxerunt. Ego planè mihi persuasum habeo, compilatores hujus constitutionis allegare debuisse, artic. 142. Quod attinet proposita exempla de iis d. art. 142. art. 138. art. 139. art. 136. actum. De furioso homicidium, vel aliud quoddam delictum committente postea agemus, & hi quidem nominati casus omnes & singuli plures habent distinctiones, atque differentias, se vel excusandi, vel non excusandi, quod prolixum fuerit hoc loco perscribere ac declarare, possetq; vulgus in errorem & offendiculum ista trahere, si omnia in constitutione hac comprehenderentur. Proinde, si quando hujusmodi causarum rerumq; talium quippiam coram Prætoribus & Judicibus ventilantur; à Jctis, aliisque in locis consiliū capiant, nec ipsi sibi singulares aut proprias nullius

nullius